

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm volsinense. Ti. XXI

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER
BELLVM SALENTINVM. TI. XX.

S Alentini Picentibus additi: caputq; regionis Brū-
dusium in clyto portu. M. Attilio duce / & i hoc cer-
tamine uictoriae precium templum sibi pastoris Pa-
les ultro poposcit.

BELLVM VOLSINENSE, TI. XXI.

P Ostremi Italicorum in fide mansere Volini opulenti-
simi Ethruscorum, implorantes opem aduersus seruos
quondam suos: qui libertate a dominis datam in
ipsos erexerant: translataq; in se republica dominabant. Sed hi
quoq; duce Eabio Gurgite poenas dederunt.

DE SEDICIONIBVS, TI. XXII.

H Aec est secunda aetas, P. R. & quasi adolescentia qua
maxime uiruit: & quodam flore uirtutis exarsit ac fre-
muit. Itaque quaedam adhuc ex pastoribus feritas / quodda-
spirabat indomitum. Inde est quod exercitus Posthu-
mum imperatorem inficiantem quas promiserat praedas facta in
castris seditione lapidauit: Quod sub Appio Claudio noluit ui-
cere hostem: cum posset: Quod duce Volerone detractantibus
Volerone
Liuio I, ii, plerisque militibus fracti consulis fascis. Inde quoque clarissimos prin-
ces quoque aduersarentur uoluntati suae exultatione multauit: Ut Co-
riolanum colere agros iubentem: nec minus ille ferociter iuriam
armis uindicasset: nisi quoque iam inferentem signa filium / mater Ve-
turia lachrymis suis exarmauit. Ut ipsum Camillum / quoque inique
inter plebem & exercitum diuisisse Veientem praedam uideretur:
Sed hic melior / obsessis in capta urbe consuluit: & mox supplices
de hoste Gallo uindicauit. Cum senato quoque de equo bonoque
certatum est / adeo ut relictis sedibus solitudinem & interitum pa-
triae suae minarentur.